



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hiob

Brenz, Johannes

Haganoæ

VD16 B 3079

Annotationvm In Hiob Praefatio de Sanctis, per Iohannem Brentium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36516

ANNOT. IN HIOB

ANNOTATA=

TIONVM IN HIOB PRAEFATIO

de Sanctis, per Iohannem Brentium.



PRINCIPIO, LONGE
alio iudicio, Spiritus in Scri-
ptura, nobis Sanctos propo-
nit, atq; hypocrisis carnis ex-
istimat: nam caro audiens,
Sāctos cōmendari, uel à fi-
de, uel à crucis tolerantia,

*Sanctorum
preposterus
cultus.*

ut facit epistola ad Hebræos: uel à uite austeritate,
ut CHRISTVS Iohannem commēdat Mat. 21. uel
à miraculis, non à sanctis ad Dei gloriam & laudem
adsurgit, sed à diuina gloria decidens, in admirādis
sanctis, sanctorumq; uiribus occupatur: quo fit, ut si
quid forte simile faciēdum, tolerandūue fuerit, nō
in Deo, sed in sanctis auxilium quærat, sanctos inuo-
cet, colet & ueneretur: quod quā perniciosum fue-
rit, hactenus non sine ingenti fidei nostræ iactura di-
dicimus: non solum autem hypocrisi, in Sāctorum
ratione peccatur, sed & temeritate: siquidem, ut nō
is tantum impius est censendus, qui facticijs cultibus
et operibus DOMINVM ueneratur, in corde in

ANNOT. IN HIOB

terim dicens, non est Deus: sed etiam is, qui palam
 Deū aut negat, aut blasphemat, ita una est impietas
 eorum, qui uel sanctos etiam nū adorant, & ut Deū
 uenerantur, confidendo, credendo, inuocando, uel
 qui palā eos contemnunt, aut blasphemant: hic à si-
 nistra, illic à dextra peccantes. Nam quando Sancti
 hi sunt, propter quos mundus est conditus, propter
 quos Verbum caro factum est, adeoq; per Christi
 filij Dei facti sint, patrem blasphemat, qui sanctos
 blasphemat. Sic CHRISTVS nobis Apostolos cō-
 mendat: Vos, inquit, estis lux mundi, sal terræ. At
 quia in DOMINO obdormierunt, cessauit cōmeri-
 datio? absit, VERBV MENIM DOMINI manet
 in æternum. Hæc quum hypocrisis audit, quos non
 cultus fingit, ut sibi sanctos demereatur? Rursus cū
 forte temeritas, sanctos non esse facticijs cultibus ue-
 nerandos, audierit, in contemptum serè blasphemum
 ruit: quasi uero creatura Dei, ideo cōtemnendæ sint
 quod non sint creator. Sole t Luna, bonæ DEI crea-
 turæ sunt, Mose uero Deut. 4. præcipiens, ne adore-
 mus & colamus ea, in ministerium nobis, non in cul-
 tum creatura, num propterea reiecit? Nam & saxum
 & lignum, optima Dei creatura sunt, nemo tamē sa-
 nus reijciet ea, qđ audiat à Prophetis non esse colen-
 da. Itaq; in hunc usum, præcipue nobis sancti, etiam
 in Domino obdormiscētes, proponuntur, ut sint exem-
 pla

Sācti exem-
 plum miseri-
 cordiæ Dei.

P R A E F A T I O .

3

empla fidei, charitatis, misericordiae & iudicii diuini
 2. Timoth. 1. Ideo misericordiam sum adeptus, ut in me
 primo ostenderet IESVS CHRISTVS omnem cle
 mentiam, ad exprimendum exemplar, ijs qui creditu
 ri essent in ipso, in uitam aeternam. Nam si, ut Paulus
 ait, inuisibilia Dei, ex uisibilibus cognoscenda sunt,
 & ex creatione mundi ipsa aeterna Dei potentia, ac
 diuinitas peruidetur, quanto magis mirabilia eius ex
 sanctis cognoscuntur? Glorificatur Dei maiestas e coe
 lo, e stellis, cur non glorificaretur misericordia eius e
 sanctis? Nam quum uel latro, uel peccatrix illa Euang
 gelica, uel Petrus nobis ob oculos ponitur, nonne mi
 sericordia Dei ante inuisibilis, nunc per hos uisibilis
 facta est? Propone Dauidam, & habes non solum mi
 sericordiae diuinae, sed & iudicij exemplar exactissi
 mum. Iam ut maxime sancti uita aequales sint damna
 tis, sunt tamen filij Dei, fide, & Dei doctrina. Neque
 doctrinam contempseris sanctorum, quod uita non usque
 quaque commendabiles sint, hanc enim DOMINVS
 in sanctis insynceram reliquit, ut habeant propter quod
 orent, liberati gratias agant, & ut non glorientur,
 nisi in DOMINO. Doctrinam autem puram reddi *Vita sancta*
 dit, ut sit uita gnomon certus, nam uita impura, per *rum impura,*
 sanam doctrinam pura reddi potest. Da uero doctrinam *sed doctrina*
 nam impuram, quis purificabitur? Si sal, inquit Chri *pura est.*
 stus, insatuatus fuerit, in quo salietur? Proinde sancti

3

P R A E F A T I O

qua uiuunt, carne adhuc infecti, insinceriter uiuunt
ubi uero DOMINI VERBUM docent, ibi plane
DOMINUM, non homines agnoscas. Porro inter
eos sanctos, in quibus et misericordia & iudiciū DO
MINI manifestantur, uel inter præcipuos, Hiob pri
mus est. Si enim misericordiam respexeris, quis maior
in donis? quis Deo in tota terra adceptior? Quis Hio
be cōmendatior? inquit enim DOMINVS: Nō est ei
similis in terra, simplex & rectus, timensq; DO MI
NVM. Rursus, si ad iudiciū oculos dirigas, quis abie
ctior? quis à Deo derelictior? quis damnatior? unde et
in medio iudicij igne, ut damnati solent, Deū contem
nit, odit, tantū non blasphemans. Quantūcūq; enim
sanctus uel iustus fueris, iudiciū Dei non feres. Feres
quidem ut auferantur, & bona & dona Dei, sed non
iustinebis, si DOMINVS sese subduxerit, hoc enim
subducto & irato, nulla creatura fauet, sed omnes te
fugunt, id quod ex orationibus Hiob, manifestissima
me colliquefcit.

CAP. I.

Vir erat in terra Huz, nomine Hiob,
& erat uir iste integer, & rectus, ti
mens Dei, & declinans a malo.

Et